



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De sene, Qui in propria Spelunca pascebat Leones. Capvt II.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

mnis aspexit quendam astantem sibi, & dicentē
 Dic senex, Quò ire vis? Respondit: In montem Si-
 na. Dicit ei: Ne, quæso, ne recedas hinc. Cum verò
 seni id persuadere non posset, abscessit. Febris ve-
 rò seni acius infesta erat. Rursus nocte sequenti
 idem seni astitit eodem habitu, & ait: Quid, se-
 nior, affligi vis: Audi me, & nusquam hinc pro-
 ficearis. Ait illi senex: Tu quis nam es? Respon-
 dit is qui apparuerat: Ego ¹ sum Ioannes Bapti-
 sta; & ideo tibi iubeo, vt nusquam recedas. Nam
 spelunca ista breuis, maior est monte Sina. Quip-
 pe in hanc sapius Dominus noster Iesus, cum me
 visitaret, ingressus est. Pollicere ergò mihi, quòd
 hic habitabis, & ego mox tibi ² sanitatem resti-
 tuo. Quod senex audiens, libenter spondit, se
 in eadem spelunca permansurum. Et continuo
 sanus effectus, perseveravit ibidem toto vitæ suæ
 tempore. Speluncam verò illam fecit Ecclesiam,
 congregavitq; fratres. Appellatur autem locus ille
 Sapsa.

¹ Si Sancti apparent hominibus, non sunt mortui, vt qui-
 dam dicunt, sed maxime coram Deo viuunt.

² Et ego mox tibi sanitatem restituo. Vides, quòd Sancti
 in virtute Dei miracula faciunt, & sanitates cōferunt.

De sene, Qui in propria spelunca pascebat Leones.

CAPVT II.

VIT in eodem loco Sapsa, commorās in spe-
 leo senex alius tantæ virtutis, vt leones secū
 in eadem spelunca susciperet, atq; cibum eis
 in suo sinu præberet.

Vita Cononis presbyteri Monasterij Penthucula.

CAPVT III.

CVM in monasterium sancti patris nostri
 Sabæ profecti fuisset ad Abbatem Atha-
 nasia